

Bernhard Barnstorff

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Bernhardus Barnstorff/ Med. D. Prof. Publ. & Poliater Ad Iustitiam Dei Vindicem, quae ipsi naturalis est, Circa acerbissimam Passionem Jesu Christi ipsius Filii Dei, Domini atque Salvatoris nostri serio meditandam Omnes omnino Cives Academicos, ea qua fas est pietatis & officii ratione, peramanter invitat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus A. 1697. d. 14. Februar.]

Rostochii: Weplingius, [1697]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734009461>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1697. Fasten

~~M_1256.73.~~

1697
PROGRAMMA
^{2^{vo}}
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
BERNHARDUS

Barnstorff/

Med. D. Prof. Publ. & Poliater

^{AD}
JUSTITIAM DEI VINDICEM,

quæ ipsi naturalis est,

Circa acerbissimam Passionem

JESU CHRISTI

ipsius FILII DEI, DOMINI

atque Salvatoris nostri

seriò meditandam



*Omnes omninò Cives Academicos, eâ quâ fas est
officij & officij ratione, peramanter
invitat.*



ROSTHOCHII,
Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.

M. 1256 73

Passionem JESU CHRISTI ipsius Filii DEI salvatoris nostri, ejusq;
causam animo pie sollicitèq; semper perpendere sicut summæ atq;
necessariæ pietatis est, ita nec sine magnâ animæ salute, voluptate,
atqve omni recreatione solatii res illa unquam, si seriò quidem
suscipiatur, esse potest. Aperiuntur hîc fontes gratiæ divinæ beneficentissi-
mæ omni suâ in nos plenitudine redundantes. Elucet inde quâm manife-
stissimè splendor omnis gloriæ divinæ, ut nec misericordiam sine justiti-
a, nec utramq; sine mirabili sapientiæ opere intueri atq; agnoscere liceat
conf. 2. Cor. IV. 6. Nos jam ut eò melius rem omnem intelligamus, de-
positâ longè Bacchanaliorum cogitatione, eò flectamus animum ejusq;
curam, ut ostendamus, redemptionem generis humani aliâ ratione
prorsus fieri non potuisse. Expendamus itaqve nunc DEI justitiam
contra peccatores vindicem eâ quâ licet dignâ meditatione, hoc est
quâm diligentissimè & non sine multa pietatis recordatione. Neque
enim meritum CHRISTI, quod sanguine ipse suo interposuit, ritè
æstimare poteris, neque gloriam DEI ad eò apud animum ampliare,
nisi in hâc quoque fide confirmatus fueris. Atqve ut rem ab initiò ag-
grediar, eam veritatem, quæ est immutabilis naturæ atqve æternæ
æstimationis, satis clarè intelligimus non nisi à DEO vim suam habere
posse, ea quidem ratione, quâ DEUS se ipsum negare planè nequit
2. Tim. II. 13. Sicut enim omnis alia, quæ est rerum veritas, extra
voluntatem DEI neque sui neque rationis ullo principio, unde consti-
tueretur, nisi potest, ita neque illa, quæ æternæ veritatis sunt, aliunde
derivare fas est, quâm ex ipsâ essentiâ DEI, quæ est immutabilis
& æterna. Inde est, quod idem simul esse & non esse omninò ne-
queat. Inde virtutem suam mensuramqve accipiunt rationes arith-
meticæ, ut v. g. tria ter repetita atqve ex se multiplicata necessariò faci-
ant novem. Inde relationes quæque id inferunt, idqve sibi volunt,
quod talis rerum ad se invicem respectus postulat, ut v. g. totum referat
partes, Pater filium: Qui conceptus omnes tales sunt, ut quideos
sive in dubium vellet vocare sive negare, non existimaretur sanæ men-
tis esse; Cumqve sic in infinitum abest, ut naturam suam vel ullo modo
variant citra evidentem rationis & voluntatis contradictionem, quam
DEUS nunquam pati potest, manifestum est, has & similes veritates
non à liberâ & indifferenti voluntate DEI esse suspendendas, sed ex
ipsa naturâ eius, quæ neque umbram mutationis ferre sustinet Jacob;
1. 17. profluere. Jam verò qualis veritas est, talis etiam intelligitur esse
justitia, quæ illam sequitur tanquam individua Comes in naturâ per-
fectissima. Neque enim aliter aut velle aut agere oportet, quâm sicut
de

de rebus agentisqve ad objectum relationē & habitudine iudicatur
est, adeo ut vel minimus voluntatis motus contrarius imbecillitatem
aliquam naturæ jam inferre non sine causa censeatur. Neque veri-
tas & iustitia aliud sui discrimen interponere videntur, quàm quod est
rationis, ut veritas putetur magis res respicere, iustitia magis actionem.
Æterna itaque illa DEI veritas sicut naturæ divinæ sine ulla mutatione
inest, tanquam certissima regula omnium morum, ita id etiam habet,
ut rectitudo DEI & leges eius ipso veritatis divinæ nomine quàm gra-
vissimè veniant, æque latè sic patente & veritate & iustitiâ illâ æternâ
Ps. CXI. 7. CXIX. 30. 86. Quemadmodum ergò intellectum re-
bus suis, quas intelligit, conformem esse debere, per se in omnem
æternitatem certissimum est, ita voluntatem quoque, quæ in certum
aliquod objectum fertur, oportere in omnibus ab intellectus iudicio
suspensam esse, æquissimam pariter ac æterni juris rationem habet. Et
insanam velle voluntatem, quæ à rectæ rationis præscripto rece-
dit, aut approbare, aut benignius tolerare, à iustitiâ profus alienum
est. Ita enim conformaretur voluntas voluntati, vel saltem ad affini-
tatem istam accedere videretur, ut iustitiæ amplius rationem sic tueri
velle in neutram partem esset integrum. Cum itaque Creatura eam
habeat sui significationem, ut sine cogitatione Creatoris ne nomen qui-
dem animum subire queat, essentiam, motum atque vim omnem à
voluntate Creatoris accipiens, efficitur etiam inde jam sponte suâ, ut
Creatura obsequium præstare opus habeat Creatori & quovis tempore
promptissimum & non nisi cum plenâ destructione sui terminandum.
Hæc, quæ incunabit Creaturæ, iustitia non remitti potest unquam, nec
ad arbitrium suum fingi, sed necessitatis est omnibus suis numeris ab-
solutæ. Quomodo enim quæso, quod creaturæ nomen habet, quam-
diu poterit cogitari, sine ipsius naturæ eversione Creatoris voluntati
se subducat? Annon sicut ipsius voluntate fieri cœpit, ita eadem ejus
virtute per omnes temporis partes indiget creatura, ut subsistat pariter
atque operetur Apoc. IV. 11. ? Aut sanè appellationem sui omnem mutet
atque amittat Creatura, quod tamen universam rationem planè tollet,
aut obediens esto Creatori per quavis temporum intervalla. Quæ
officii sui partes, ut etiam inter Creaturas essent, qui intelligerent, An-
gelos atque Homines DEUS condidit ad imaginem sui. Et quantâ
facilitate non in intellectum hominis id omnino influit, Creatori esse
parendum, hancque obligationem ex ipsâ natura nostrâ profluere, nullo
sive factio sive casu mutabilem. Qui contrâ sentit atque agit, ita in contra-
rium abit, ut vim intelligendi planè eversum eat. Non sensus, non

ratio officium ibi amplius suum facere possunt, atque ita contrariis pugnantur, ut neque locus rationi relinquatur, dum quæ necessariò involvuntur conceptu Creaturæ, ita prorsus & perturbantur & auferuntur. Tantum abest à justitia divinâ, ut hanc insaniam æquo animo perferat, ut incendatur potius ad omnem vindictam exercendam. Culpa namque ex tali offensione DEI contrahitur non nisi ipsâ morte æternâ diluenda h. e. infinitâ miserâ, quam neque animo satis complecti, neque ulla linguæ virtute satis nunciare poteris. Annon DEUS ibi contemptui habetur, ubi ita protervè imperium ejus spernitur? Annon sive alius sive ipse ita peccans in locum DEI substituitur, nullâ sic æterni Creatoris habitâ ratione? Annon excutitur sic omni violentiâ, quantum in se est, imperii illa necessitas, quam ipsa natura Creaturæ imposuit? ita hic cumulantur peccata, ut neque numerum eorum amplius inire perspectum habeas. In infinitum enim excurrunt errores atque crimina, quando ab æterno veritatis principio semel receditur, quocumque alio opinionis idolo sibi in locum ejus efformato Joh. VIII. 44. Si jam DEUS est fons omnis juris, si regula atque æterna veritas, neque de imperio suoque jure vel quicquam eum cedere posse, seriò putandum est. Si enim cederet aut remitteret aliquid, palàm significaretur, veritatis etiam æternæ posse aliquam jacturam fieri, quâ intelligitur, creaturam Creatori absolutè teneri, posse jus illud DEI immutabile in creaturas ex arbitrio tamen DEI aliquantulum mutari, posse etiam imperium DEI impunè negligi, si DEUS modò gratiam facere vellet, remque sic esse æque facilem arbitrii divini & punire & remittere peccatum, atque obedientiam non esse ita juris naturæ, ut absolutæ sit necessitatis. Ita verò actum esset de omni illâ juris ratione, quæ ex ipsâ essentiâ & naturâ obligatorum exturgit, quâ aliter illa neque considerari, neque se habere posse, juxta habitudinem tuam ad obligantem simpliciter æstimantur. At verò quantum ab omni ratione abest, ut Creatura unquam permittatur juris sui, legeque divina exsolvatur tanquam non dependens à DEO, eo minus etiam fieri potest, ut quicquam imperio suo decedere Deus patiatur, peccataque homini impunè dimittat. Annon qui imperata Dei facere detrectat, oppidò testatur, se nolle Deum audire sequi, velle prorsus suæ potestatis esse, atque ex animi sui libidine agere, quæcumque ageret? jam si hujus sceleris Deus impunitatem homini daret, annon permetteret sic illi voluntatem aliquando suam, quâ sibi ipsi vivere voluit sine legibus, sine ratione justitiæ? Annon relinqueretur inde, posse tamèn hominem obligatione suâ erga Deum aliquando absolvi? Nam cui condonat imperator crimen læsæ Majestatis suæ sine poenis, illi se facilem præbet ad

ferenda.

Merendam inobedientiae voluntatem, conceditque, quod licuerit, ita ad-
versari praeceptis: Cumque homo semel lapsus in peccatum, reluctandi
illam libidinem per naturam suam continuet, viribus bene agendi pror-
sus jam amissis, sicut qui semel sibi vitam ademit, per se ad vitam resur-
gendi nullam habet amplius virtutem reliquam, sed ad corruptionem
magis propendet, consequeretur multò magis, si DEUS veniam ipsi si-
ne poenis faceret, hominem etiam genio suo indulgere posse, cum neque
suã iponte deponat homo malitiam, sed contra naturalem etiam
repugnandi voluntatem divinã modò superveniente virtute immute-
tur. Interponeretur ergò necessariò tale incredulitatis spatium, ubi
ipsam etiam obligationis suae erga Deum opinionem ex animo suo eje-
cit homo, quam nisi Deus graviter puniret, vel eã saltim ratione con-
firmaret, quod non simpliciter aut rationi contradiceret, aut naturã
divinã repugnaret. Adeò verò tandem omnis sic creaturæ conceptus
periret in ipsã ratione, ut eam fingeres vel ad tempus aliquod non aliun-
de dependere. Adeò imperium Dei, quantum apud hominem est,
aliquando nullum esset & planè cessaret. Nam cujus autoritas, spretis
etiam legibus, apud subditos nihil valet, ille non intelligitur illo tempo-
re imperator esse, quando insuper nihil acerbi, nihil gravius in subditos
decernit, ut ne sensum quidem doloris cujusdam inde illi experiantur.
Quod quã absurdum sit, omnemque rationis usum planè inutilem
reddat atque confundat, quilibet sanæ mentis faciliè deprehendit. Ne-
que enim ex merã Dei & nostrã voluntate, quod lubinde inculcandum
est, illud officium emergit, ut Deo simus obligati, sicut filius adoptivus
à voluntate Patris & sua, quæ utrinque per se est mutabilis, parenti
suam rationem deducit, sed, ut jam supra variè monstratum est, ex ipsã
naturã nostrã conditione parenti illa necessitas simul est enata, parit-
que nobis æstimationem sine ullo restringendi modo absolutè continu-
am. Atque hinc etiam est, quod ipsi quoque gentes rō *divina* & *Dei*
i. e. hanc à justitia divina requisitam poenarum compensationem per na-
turam suam nosse dicantur Rom. 1. 32. Quomodo verò id ipsis un-
quam licuisset, si justitia hæc DEI vindex esset liberi decreti? Neque
minus Deus inde collaudatur tanquam à re simul perficiente, quod poe-
nas sumat à malis atque contumacibus, non dissimulans, non parcens
eorum flagitiis Exod. XXXIV. 7. Nah. 1. 2. seq. Tantã gravitate hæc
ibi dicuntur, ut Deus non perfectus in se amplius crederetur, nisi & vin-
dictæ scelerum penes eum naturalis locus esset. Et sicut justitiam in
se consideratam à DEO separare velle absurdissimum est, ita neque vindi-
ctam, quæ tanquam species justitiæ laudatur 2. Thess. 1. 5. seq., à DEO un-
quam

quam vel animo se jungerè oportet. Equidem Reges, Principes atque alii Dynastæ id sibi tribuunt adhuc, atque utile esse nonnunquam arbitrantur, ut injurias subditorum concōquant, vel non adeo animo proponant, neque inexorabiles nimium neque ad vindictam propensi, sed placabiles in omnibus. Verum ita ipsi docent, se esse ejusdem naturæ, quæ ex carne & sanguine constat, cum rebellibus subditis, atque æque ad lapsum talem procives, si ita sibi relinquerentur, sicut subditi. Quæ quid ergo misericordiæ apud se videntur dare, ex memoriâ communis, quæ est naturæ nostræ, fragilitatis dare præsumuntur, vel quodammodo etiam tenentur. Accedit, quod nullum Principis imperium, si quantum etiam sive terrarum sive juris amplitudinem pateat, ejus sit naturæ, ut ipsi per se debeatur aut mutari prorsus nequeat, cum neque spiritum ex virtute sua trahat Princeps, sed gratiæ divinæ omnia, quæ habet, sicut alii homines, accepta referat necesse est. Quemadmodum ergo incrementum capere possunt res Principis, ita neque sine metu damni unquam eas consistere, experientia rerum subinde testatur. Et licet Princeps per omnem etiam vitam imperii sui administrationem sine ullâ clade felicissimè producat, ita tamen sub finem vitæ suæ ipse tandem fragitur atque minuitur, ut unâ cum vitâ imperium deponere à superiori potestate gravissimè cogatur. Quid inde mirum, non adeo semper urgere Principem atque persequi jus imperiumque suum, quod ex gratiâ alterius ipsi in alios modo contigit, quodque per se ita caducum est. Quoties tamen & quantum de compensatione, quæ fieri per poenas debebat, remittit Princeps in re quidem, quæ ad imperatoriam ipsius dignitatem spectat, toties etiam atque tantum juri imperioque suo aliquid detrahi facile concedit, sicut ille, qui parùm curat res sibi ablatas à fure restitui, contentus in posterum, mente prorsus mutatâ, furem à rapinis abstinere velle. Quid? quod periculum rerum omnium non parum augere videretur Princeps, si militibus in bello quoque adversus se insurgentibus pari semper promptitudine ignoscere vellet. Qui calus sanè per se sine ullâ spe veniæ vindictam expolcère necessariò videtur, ne alii exemplum secuti, dum in eandem sceleris similitudinem prolabuntur, omnem rerum summam si non prorsus subvertant, tamen mirum quantum affligant: Vel si nihilominus in benignam voluntatem adhuc propenderet Princeps, ostenderet potius ita mutationem rerum suarum etiam fieri posse, quàm ut consuleret & sibi & autoritati suæ & multorum salutem. Verum enim verò longè alia est ratio cum imperio Dei, quod ita summum atque necessarium est, ut nullos gradus agnoscat, neque in majus ampliandum neque ulla parte minuendum. Quo sensu verè ab-


solu.

solutum esse dicitur, à legibus nempe alienis, quanquam non ab ipsâ Dei naturâ, quâ se exuere nequit. Atque eâ propinquitate, eâque necessitudine cum Dominio Dei ejusq; potestate conjuncta est justitia, quæ est cum irrogatione pœnæ, ut alterum ab altero magnificè celebretur Apoc. XVI. 5. 7. c. XIX. 11. sq. Neq; est, quod in contrarium velis cogitare, Deum etiam in se esse summè misericordem, cum misericordia non excludat justitiam Dei punientem, neq; unquam possit peccatorem ipso facto prorsus respicere, quàm de satisfaciendi modis fuerit prospectû. Ea certè attributorum omnium in Deo est perfectio, ut nunquam Deus possit esse sui dissimilis, sed sibi exactissimè semper conformis in omnibus. Annon in sole vis est æq; liquefaciendi atq; indurandi, æq; illuminandi atq; obscurandi hominum oculos, æq; fovendi atq; comburendi terrarum plantas? Annon tamen inde statim est diversa lux aut radiorum in se contraria dissimilitudo? ita multo minus quæ in Deo sunt naturales perfectiones, à se invicem dissidere possunt, aut altera alteram excludere, licet pro objectorum conditione, actiones animadvertantur oppidò contrariæ, & conceptus etiam nobis inde formentur de virtutibus illis agendi prorsus sibi adversantes. Proinde simul ac cogitatur in DEO misericordia hominibus peccatoribus exhibenda, etiam cogitatur de justitiæ satisfactio, nec. Quæ cogitationes ita sibi invicem implicantur atque inhaerent, ut cernantur simul esse atque æque latè patere. Neque enim satisfaciendi ille modus sine misericordiâ, neque misericordia sine illo animo obversari unquam possunt aut valere; objectumque misericordiæ tale esse oportet, pro cujus peccatis ut sibi satisfiat, jam DEUS ipse providit. Inde nullam bonitatis, nullam misericordiæ divinæ erga semet cogitationem aut subeunt diaboli, aut ejus rei facultatem habent. Continentur enim sub caliginem vinculis æternis epist. jud. v. 6. Et tamen misericordia est inter illa attributa, quæ ipsi naturæ divinæ per se debentur. Homines contrâ generalem DEI erga se bonitatem ex tam jucundo Creaturarum conspectu, ex tantâ beneficiorum multitudine colligere atq; intueri in promptu habent ubique. Nobis enim ab æterno Deus Salvatorem decrevit, qui pœnam in se ipsum derivaret iraque divinam pro nobis infinitis modis placaret. Quod nisi factum esset, pari infelicitate cum diabolis neque bonitatis neque misericordiæ Divinæ ullum sensum perciperemus, clamante potius justitia Dei undique vindictam atq; horribiliter terrente. Et si alia Deus via nobiscum in gratiam redire potuisset, quantum non inde minueretur meritum Christi! Exspiraret sic summa ejus necessitas, quæ auctoritatem ipsi facit maximam. Leviores fierent dolores, dum ipsi Filio DEUS facile pepercisset ejus amantissimus. Imò eluderetur cunctis ejus veritas, quæ abjectissimè

eti-


etiam coram DEO evacuatum esse Christum Majestate divina, sensum
& sensum ejus ipse docet Scriptura. Ita facile etiam major audacia
atque peccandi libido hominum animis accederet, dum spes veniæ esset,
præter sanguinem Christi etiam ex eo, quod ira Deo non esset natura-
lis. Quæ omnia sicut quàm longissimè à rationis sanæque doctrinæ in-
stitutione deflectunt, ira neque locum inveniunt apud animum Christi-
anum, ut vel cogitentur vel præceptis tradantur. Relinquitur ergo, ut
gloriam hanc DEO justitiæ vindicis intemeratam semper vindicemus
atque constantissimè. Quantà non severitate hanc ipse Deus etiam à
FILIO suo exegit? Intueamur modò exemplum hoc justitiæ non sine
magno animi tremore! FILIUS fuit ipse dilectus, qui ita miserrimè
excruciat: Peccata etiam sunt aliena, non propria, ob quæ tantum
iræ divinæ incendium in Jesum nostrum exarsit. Obstupescit animus
admiratione tantæ rei, ut tantum non attonitus hæreat, non satis ha-
bens, quid in calamum amplius effundat, cum mysterium hoc infinities
captum humanum excedat. Qui est ipse amor Dei, in quo est omne Patris
beneplacitum, ut nec sine illo sibi ipsi placeat Col. 1.3. Matth. III. 17, ab
eo jam ita DEUS averso fuit animo, ut nullum genus acerbitalis adversus
eum prætermiserit. Qui est ipse virtus DEI 1. Cor. 1. 24, ut omnem etiam
virtutem suam Pater in Filio habeat, sicut sol in radiis Joh. XIV. 10.,
illum ita læteravit, ita fregit atque prostravit, ut omnes etiam vires pro-
fus amiserit. Qui est splendor gloriæ divinæ & character personæ Pa-
tris Ebr. I. 3., ut nec Pater intelligatur sine illo gloriosus esse, sicut sol
non lucet sine radiis, illum ita deformavit Pater, ut ne homini quidem
amplius similis fuerit, sputo, sordibus impiorum, & sanguine suo foe-
dissime maculatus. Adèd severiter & gloriôsè justitiam suam de-
monstravit DEUS. creaturis omnibus, ut non nisi in sanguine ipsius Filii
nobis ad se pateret iterum reditus! Hunc jam JESUM nostrum propo-
suit DEUS placamentum per fidem in sanguinem ipsius, ut ostenderet
justitiam suam Rom. III. 25. Agnoscamus ergo, Cives optimi, præci-
piam hanc DEI h. e. præcisam admodum & exquisitam justitiæ vindican-
tis rationem, & summam simul ejus benignitatem, eâ quâ fas est timoris
circumspectione, non amplius peccata in minimis ponentes! Satisfa-
ctum jam est pro nobis infinito sanè redemptionis pretio, non ut licenti-
am nobis sumeremus eò confidentius peccandi, sed ut viveremus jam in
ejus gloriam, qui pro nobis mortuus est atque resurrexit 2. Cor. V. 15. Illi
jam Patri omnis misericordiæ in sanguine JESU CHRISTI Sal-
vatoris nostri sit gloria, laus & gratiarum actio in æterna
secula Amen! Valete.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus A. 1697. d. 14. Februar.



terendam inobedientia voluntatem, conceditque,
veritari præceptis; Cumq; homo semel lapsus in p
illam libi dinem per naturam suam continuet, virib
sus jam amissis, sicut qui semel sibi vitam ademit, p
gendi nullam habet amplius virtutem reliquam,
magis propendet, consequeretur multò magis, si I
ne pœnis faceret, hominem etiam genio suo indulge
suâ sponte deponat homo malitiam, sed contr
repugnandi voluntatem divinâ modò superveniet
tur. Interponeretur ergò necessariò tale incredu
ipsam etiam obligationis suæ erga Deum opinione
cit homo, quam nisi Deus graviter puniret, vel eâ
firmaret, quod non simpliciter aut rationi contra
divinæ repugnaret. Adeò verò tandem omnis sic
periret in ipsâ ratione, ut eam fingeres vel ad tempus
dependere. Adeò imperium Dei, quantum a
aliquando nullum esset & planè cessaret. Nam cu
etiam legibus, apud subditos nihil valet, ille non int
re imperator esse, quando insuper nihil acerbi, nihil
decerat, ut ne sentum quidem doloris cujusdam i
Quod quàm absurdum sit, omnemque rationis ut
reddat atque confundat, quilibet sanæ mentis faci
que enim ex merâ Dei & nostrâ voluntate, quod lu
est, illud officium emergit, ut Deo simus obligati,
à voluntate Patris & sua, quæ utrinque pèr se est
suam rationem deducit, sed, ut jam supra variè mo
naturæ nostræ conditione parendi illa necessitas sit
que nobis æstimationem sine ullo restringendi mod
am. Atq; hinc etiam est, quod ipsi quoque gentes
i. e. hanc à justitia divina requisitam pœnarum com
turam suam nosse dicantur Rom. 1. 32. Quomod
quam licuisset, si justitia hæc DEI vindex esset
minus Deus inde collaudatur tanquàm à re simul pe
nas sumat à malis atque contumacibus, non dissim
eorum flagitiis Exod. XXXIV. 7. Nah. 1. 2. 1eq. T
ibi dicuntur, ut Deus non perfectus in se amplius cre
dictæ scelerum penes eum naturalis locus esset. I
se consideratam à DEO separare velle absurdissimu
etiam, quæ tanquam species justitiæ laudatur 2. The

)(3



ta ad
standi
pror
resur
onem
psi fi
neque
etiam
nute
, ubi
eje
con
tura
eptus
liun
est,
oretis
npo
ditos
antur.
tilem
Ne
adum
tivus
end
ipsâ
parit
tinu.
Je
er na
s un
Neq;
pœ
cens
hæc
vin
m in
indi
Dun
uam